



~~17~~  
EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.

CVM

VIRI,

SVMME REVERENDI, MAGNIFICI,  
ATQVE EXCELLENTISSIMI.

DOMINI

JOH. GEORGII  
NEVMANNI,SS. TH. DOCT. EIVSDEMQUE  
PROFESSORIS PVBLICI, HACTENVS  
SVI ORDINIS DECANI, NEC NON AD OO. SS.  
ÆDEM PRÆPOSITI, ET ACAD. BIBLIOTHECARI,  
VNDIQVAQVE CELEBERRIMI,

A. E. C. MDCCIX. D. XV. SEPTEMBR.

EXEQVIÆ CELEBRARENTVR,

COLLEGÆ SVO DESIDERATISSIMO,  
LVCTVM SVVM BREVI ELEGIA  
TESTARI VOL. DEB.ORDO THEOLOGORVM  
IN ACAD. VVITTENB.

VITEMBERGÆ, PRELO GERDESIANO.



Osne etiam in lacrymas *NEUMAN-*  
*NI* solvimur, & nos,  
Publicus externat sollicitaque do-  
lor?

Nobisne, Eusebies quem vinculum junxerat olim,  
Eripit e medio, mors inopina sinu?

Immo, heu! eripuit. Solitum ergo in funere  
luctum

Indicit miseris apta Elegia modis.

Quanquam tristi Elego *NEUMANNUM*  
digna patrasse,

Parca, vel invidia teste, probare nequit.

Et tamen ante diem spatii defungitur ævi,

Et desiderium linoquit in orbe sui.

In famam, & cumulos meritorum, & vivida celsi,

Qui dubitas, animi tot monumenta vide:

Et dices, Doctrina simul, lingvæque facultas,

Mortua sub tumulo, quo situs ille, jacet:

Nec parva historia, Latia nec parva Camenæ,

Mortua nec Sophia portio parva jacet:

Maximaque Eusebies. Hanc propugnavit acute:

Huic studium omne suum vovit, & inge-  
nium:

Hanc vere unam excusit, in hac se gesit Achillem,  
Sionis ille olim murus & arma suæ.

At contra coelo errores ostendit aprico,

Turbaque quid monstri devia semper alat.  
Arma virumque vide. Magnine quis arma

LVTHERI

Tractet, quem magnum dicere fama vetat?  
*NEUMANNUM* haut vetuit. Veniam da  
candida moestis

Posteritas, si nunc magnus adesse nequit.  
Omnia nam quirritans exturbat nœnia verba,

Nec bene conveniens Musa imitatur epos.  
Quid? quod nec monumenta, quibus se prodi-  
dit ævo,

Magnum *NEUMANNUM* disimulare  
queunt.

Quanquam o! Nam dio restant quoque lumine  
digna,

Et spes innumeras perdidit una febris.  
Hæc sancta admovit *NEUMANNUM* ad  
busta LVTHERI,

Vita haut indignum, magne LVTHERE, Tua.  
At decreta DEI non illo tempore fungi

Fatis *NEUMANNUM* constituere suis.  
Quid iuvat ergo animum in plures diffundere  
questus?

Quid iuvat in luctus isse, redisse, novos?  
Quin potius Domini stat pro ratione voluntas.

Hic, quum sit bonitas ipsa, patretne malum?  
Tu Pietas, tu cana Fides, si flere necesse est,  
Flebis, quum Tiphys, quum cadit Avtomedon.

Tum nos interea mortem meditabimur ipsi.

Hæc deplorandæ sint alimenta rei.

Corporis, atque animi, ac fortunæ dona benignæ  
*NEUMANNUS* ne habuit: Nuncea pul-  
vis habet.

Vsque adeo incertum hospitium est mundi illa  
taberna,

Vt, qui hæc miretur, cras queat esse cinis.

Felix, cui causas veræ cognoscere vitæ,

Et post tot gemitus gaudia vera, datum est.

Ocius, aut citius, veniat tum Parca, perinde est,

Fata nihil poterunt anticipare mali.

Si ventura dies est, quæ transcribet Olympo,

Hocce malum haut ultra, quam rogus, esse  
potest.

Interea hoc, quodcunque vides, qua maxima ter-  
ra est,

Materiam ærumnæ se tibi sistit, homo.

I nunc, plus ultraque crepa, si turba laborum,

Hisque exantlatis, mors sua, quemque manet.

At, *NEUMANNE*, Tibi *DEVS* æterna otia  
fecit,

Dum vitæ æternæ sæcula lætus adis.



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 117  
W 118





CVM  
 VIRI,  
 SVMME REVERENDI, MAGNIFICI,  
 ATQVE EXCELLENTISSIMI.

DOMINI  
 JOH. GEORGII  
 NEVMANNI,

SS. TH. DOCT. EIVSDEMQUE  
 PROFESSORIS PVBLICI, HACTENVS  
 SVI ORDINIS DECANI, NEC NON AD OO. SS.  
 ÆDEM PRÆPOSITI, ET ACAD. BIBLIOTHECARI,  
 VNDIQAQVE CELEBERRIMI,

A. E. C. MDCCIX. D. XV. SEPTEMBR.

EXEQVIÆ CELEBRARENTVR,

COLLEGÆ SVO DESIDERATISSIMO,  
 LVCTVM SVVM BREVI ELEGIA  
 TESTARI VOL. DEB.

ORDO THEOLOGORVM  
 IN ACAD. VVITTENB.

VITEMBERGÆ, PRELO GERDESIANO.

